

BIBLIOTECA COMUNALE SIENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

25 - 1 - 8

Eximij Doctoris

B. ANTONINI,

ARCHIEPISCOPI FLORENTINI, ORDINIS PRÆDICATORVM,

SVMMÆ

Sacræ Theologiæ, Iuris Pontificij, & Cæsarei,

PARS TERTIA.

32

Nunc demum

Innumeris, quibus vndique scatebat, mendis repurgata, & in pristinum nitorem restituta.

Additis locupletissimis Indicibus.

- *Summæ totius,*
- *Materiarum prædicabilium de Virgine,*
- *Auctoritatum expositarum ex Biblia,*
- *Epistolarum, & Euangeliorum totius anni,*
- *Sanctorum in particulari, & in communi.*

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

VENETIIS, Apud Bernardum Iuntam & Socios.

M D LXXI.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

In nomine Sanctæ ac Indiuiduæ Trinitatis.

INCIPIT PROLOGVS TERTIAE PARTIS

Summæ beati Antonini Archiepiscopi Florentini, ordinis prædicatorum, ac sacræ scripturæ expositoris diligentissimi.

Btã uirgo dr regina.

ASTITIT regina a dextris tuis in uestitu deaurato circundata uarietate. ps. 44. Verba ista propheta loquentis ad dominum deũ exponi possunt de uirgine gloriosa, aduocata ecclesiæ quæ regina ex regali progenie est exorta, mater regis angelorum se recte regens, & interiores & exteriores sensus dirigens, astans. i. stans nunquam cadens in aliquod peccatum, nec uenia le, sed semper recta stans ante deum aduocando pro nobis. Sint. n. mater ante filiũ ait Bern. a dextris gloriæ, ostendens pectus & ubera, cũ etiam erat in mundo per contemplationem. In uestitu deaurato, stola immortalitatis preciosiori omni præmio beatorum, sicut aurum excellit omnia metalla. Stola duplici. s. gloriæ & corporis glorificati ſm Aug. & Bern. in sermonibus suis. Circundata uarietate priuilegiorum ſm illud Apoc. 12 Mulier amicta sole. s. uirtutum, quod pertinet ad eius in præsenti rectam conuersationem. Quæ regina astans est a dextris dei, & luna sub pedibus eius. i. omnis defectus sub ea. Luna. n. defectum patitur per sui mutationem, & omnes sancti patiuntur nunc defectum glorię corporum suorum, sed hic defectus sub uirgine est, quia in uestitu deaurato i. gloria refulgẽti etiam corporis ad eius completam beatificationem. Et in capite eius corona stellarum 12. i. excellẽtia 12. priuilegiorum, quorum uarietate est circunda ta ad eius exultationem. ¶ Possunt etiam dicta uerba uerificari de qualibet fideli anima, quę membrum ecclesiæ, ut regina astat a dextris dei, ratione non passione seregẽs ad bona gloriæ in agendis. In uestitu deaurato, induta. s. dilectionis circundata uarietate. s. actuum uirtutum quibus se exercet alios fideles quorum conuersatione circundatur, uidet se exercere aliquos in actu humilitatis, aliquos in actu misericordiæ & liberalitatis, aliquos in iustitia, aliquos in abstinentia, & sic de aliis. Et eos uel imitatur uel admiratur uel in se humiliatur.

Aĩa dr regina.

Sed communius dicta uerba & proprius intelligũtur dicta de ecclesia catholica in generali. Ideo autem in singulari dicitur regina, quia una est sacrosancta mater ecclesia. Vnde Cyprianus unam esse ecclesiam in cantico canticorum spiritussanctus ex persona Christi dñi designat & dicit. Vna est columba mea, perfecta mea. Hanc ecclesiæ unitatẽ, & beatus apostolus Paulus docet, & sacramentum unitatis ostendit dicens. Vnum corpus & unus spiritus & una spes uocationis nostræ, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus quã unitatem tenere firmiter & uendicare debemus maxime nos episcopi qui in ecclesia dei præsidemus, ut episcopatum quoque ipsum unum atq; indiuisum probemus. Nemo fraternitatẽ fallat, nemo fidei ueritatẽ pfida preuaricatione corrumpat. Episcopatus unus est cuius singularis insolidũ pars tenetur, & ecclesia una est, q̃ in multitudine latus incremento fœcunditatis extenditur, qũo radii multi sunt sed unũ lumen, & rami arboris multi sunt sed robur unum tenaci radice fundatum. Et qũo de fonte uno riui plurimi defluunt, & numerositas licet diffusa uideatur exundantis copiæ largitate, unitas tamen seruatur integra in origine. Auelle radium solis a corpore diuisionem unitas non capit. Ab arbore frange ramum, fructus germinare non poterit. A fonte præscinde riuum, pręscisus arescit. Sic & ecclesia dñi luce perfusa, per totum orbem radios suos porrigit. Vnum tñ est quod ubiq; diffunditur nec unitas corporis separatur, ramos suos per

Eccleſia dr regina. Cañ. 6. Eph. 4.

uniuersum orbē copia ubertatis ostendit profluentes largitur riuos, ramos latius expādit, unum tñ caput est & una origo, & una mater ecclesia fœcunditate copiosa. Adulterari non potest sponsa Christi, incorrupta est & pudica, unam domum nouit & unius cubiculi sanctitatem in casto pudore custodit. Hæc Cypr. 24.q.1. Loquitur. Et in dictis uerbis ps. Tria notantur de ecclesia.s.

¶Morum sanctitas ibi. Astitit regina a dextris tuis.

¶Cognitionum claritas, ibi, in uestitu deaurato.

¶Statuum multiplicitas, ibi, circundata uarietate.

§.1. Ecclesia dr regina triplici rō ne.

¶Quantum ad primum. Ecclesia sancta regina dici potest, ratione dispositionis qa Christo desponsata est qui ut habetur Apocal. 19. Est rex regum & dominus dominantium. Et 2. Corin. 11. inquit apostolus. Despondi uos. s. fideles omnis, qui sunt ipsa, ecclesia uirginem castam exhibere xpo. Hæc deus promiserat per Oseæ prophetam 2.ca. dicens. Desponsabo te mihi in fidem. Regina ēt dicitur ecclesia rōne ꝓmissionis, quia sibi promittitur regnum cęlorum. s. cunctis uere fidelibus. Hiero. ad Rusticum. Nihil fęlicius christiano cui promittē regnum cœlorum. Vnde ipse rex dominus noster Iesus Christus dicturus est fidelibus suis. Venite benedicti patris mei percipite regnum uobis paratum. Matth. 25. Dicitur etiam ecclesia regina ratione rectę suæ gubernationis, qa bene se regit in suis actionibus, ꝑm rationem agens, non passionibus superatur. Nam ut dicit Nico. Papa. Rex dici non potest qui nullo salubri regimine corpus regit, sed salubricam ēneruationem magis illicitis eius motibus cedit. 2.q.1. Scelus etiam si talis haberet regiam dignitatem temporalem. Sed econtra ut dicit Beda. Pauper in occulto regnat habendo deū .s. per gratiam. Vnde & clerici qui sunt principales in ecclesia portant tonsuram in modum coronæ tanquam reges spirituales, quia se & alios uitiis rebus regere debent & bonis exemplis, ut dicit Hiero. 12.q.1. Duo sunt. Quidā etiam sapiens ait. Si animo. i. ratione te rexeris, rex eris, si corpore seruus. Ecce principiū sanctitatis morum, uiuere, & agere ꝑm rationem. Hæc autem regina ecclesia astat. i. stat ante deum ad ei obsequendum. Stat ergo recta, non cadit in aliquod criminale. Etsi in uenialia labatur quæ potius sunt impulsus & cespitationes ad cadendum q̄ casus, ꝑm illud ps. Impulsus. s. a diabolo & euersus sum. s. a sensualitate quasi propinquus ad casum per complacentiam eius ut caderem. s. in mortale, & dominus suscepit me. s. retinens ne caderem. Nam ut ait apostolus dominus elegit sibi spō sam ecclesiam non habentem maculam mortalis peccati, nec rugam erroris. Vnde dicit Hieron. Qui est aliqua sorde peccati pollutus .s. mortalis, de ecclesia dici non potest, nec xpo subiectus, de pe. dist. 1. ecclesia. Quamuis ergo aliqui boni de ecclesia cadant, semper tamen ecclesia stat recta in bonis qui remanent in gratia, & hi dicuntur ecclesia numero & merito. Vnde Eccl 1. Generatio præterit corū .s. qui recedunt ab ecclesia peccādo, generatio aduenit eorum. s. qui ad fide uel pœnitentiam reuertuntur, & isti de nouo ueniunt ad ecclesiam, terra aūt. i. ecclesia in æternū stat. s. recta & firma. Stat aūt ecclesia ante deum, semp in mente eū habens, ac si uideat pñtem ꝑm illud ps. Prouidebā dñm in cōspectu meo semper. vñ & Hier. Omnia q̄ faciunt in conspectu dei faciunt, siue manducet, siue bibant, siue aliud faciant. Etiam si isti aliqñ faciant malū coram deo & in conspectu eius faciunt sicut ille qui dixit. s. dicendū. Malum corā te feci, quia. s. cōtinuo pœnitent. i. q̄ citius dñt peccati. Peccatores aūt fugiunt a facie dei cū peccant, quia nesciunt ad pœnitent ā reuerti, sicut legit de Chayn de pe. dist. 1. Et uenit. Astat regina ecclesia corā deo prompta ad obediendū mandatis eius & honorandum eum aduocandū ꝓ filijs suis orando cuius petitiones semper sunt deo gratæ & acceptæ, quāuis ministri eius aliqñ sint praui. Hæc est regina Hester. Hest. 8.c. Quę ornata & decorata ualde astitit ante Assuerum sponsum suum, q̄ quamuis ex magnitudine potentiæ suæ exterrita fuerit, tamen ex dulcedine locutionis eius consolata, fiducia resumpta petijt & obtinuit liberationem generis sui. Sic & ecclesia stat orando ante xpm mundi monarcham, sed attēta magnitudine sua & rectitudine, quasi defecit timens & tremens ob reuerentiam, sed cum fiducia petens liberationē populi sui. i electorum de manib' diaboli & interitu mortis æternæ obtinet. Astat aūt a dextris nō a sinistris ut sinagoga, quę ad tēporalia respiciebat signata ꝓ sinistram. Sed ecclesia in spūalibus pcipue se exercet, q̄ signantur ꝓ dexteram. Et in agendis non hēt intentionem ad mundum, sed ad supernā gloriam q̄ signatur per dexteram, ꝑm illud Matt. 25. Statuet ouesa dextris adimplens illud apostoli. Oīa quæcunq; facitis in uerbo uel opere omnia in gloria dei facite. A dextris astat, superna conteplans. Et ex magnitudine præmiorū & spe eorū, laborare & opera bona ꝙtinuare

Secūda.

Tertia.

Ecclesia stat.

Eph. 5.

ps. 15.

ps. 50.

Tertio.

A dextris.

1. Cor. 10.

BIBLIOTECA DOMINICANA

nuare con teſſans, quæ dextera dicitur, ſm illud Matt. 6. Neſciat ſiniſtra tua qd faciat dextera. i. in bonis operib⁹ ſe nō immiſceat ſiniſtra intentio. Et ſic patet ſanctitas meorum in illis tribus uerbis, regina per regimen uirtutum, aſtitit per uitationem uitiorum a dextris per affectum ſupernorum.

§. 2. ¶ Secundo oſtenditur cognitionum claritas, cum dicit eſſe ueſtitam eſſe reginam iſtam ueſte deaurata. i. habitu ſapientiæ. Significat. n. aurum ſm Greg. Sapientiam propter fulgorē ſuę claritatis. Sicut enim aurum eſt preciosius cunctis metallis & clarius, ita & ſapientia pretiosior eſt cunctis operibus, & omnia quæ deſiderantur, huic non ualent comparari. Habet autem claritatem ſapientia in ſe, clara eſt. n. ſapientia, & quæ nunquam marceſcit, ut dicit Saꝑ. 6. In intellectu dat claritatem notitiæ in ſe & alijs. Saꝑ. 8. dicitur. Præclaritas in communicatione ſermonum illius. ſ. ſapientiæ. In conſpectu hominum dat claritatem famæ. Saꝑ. 8. Habebo propter claritatem ad turbas & honorem apud ſeniores. Et demum perducit ad dei clarum aſpectum. Saꝑ. 6. Concupiſcentia ſapientia deducit ad regnum perpetuum. Hæc autem ſapientia (quæ eſt ueſtitus deauratus eccleſiæ) eſt notitia diuinorum & agendorum cum guſtu eorum, quæ utiq; non eſt ſine gratia & dei dilectione. Vnde dicitur Saꝑ. 7. q. ſapientia in animas ſanctas ſe tranſfert & amicos dei conſtituit. Et de hac loquitur ibi ſapiens in pluribus ca. Apparet autem ſapientia mirabilis eccleſiæ in multis, præcipue in tribus. ſ.

¶ In eius documentis.

¶ De eius ſacramentis.

¶ Ex eius tormentis.

Sapientia aurū prou. 8.

Documenta eccleſię.

¶ Documenta eius principalia, ſunt lex uetus & noua ſane intellecta, cum alijs libris ſacræ paginæ quæ ſunt uerba a diuina ſapientia reuelata. Deut. 4. Hæc eſt uerba ſapientia & intellectus coram populis, ut audientes uniuerſi dicant. En populus ſapiens & intelligens, gens magna quæ habet deos appropinquātes ſibi. ſ. docendo eum. Tanta eſt ſapientia ſcripturę ſacræ, tanta profunditas eius ut nullus ualeat plene intelligere. Tot innumerabiles libri editi ſunt ad eius expoſitionem & quotidie noui ſenſus reperiuntur. Doctores habuit eccleſia plurimos in omni tempore, ſapientiſsimos in omni ſcientia etiam mundi, quorum ſapientiæ non potuerunt reſiſtere hæretici iudæi uel pagani, cū omnibus ſuis philoſophijs uel eloquentijs, & argumentis. Sed ſicut in figura uirga moyſi uerſa in ſerpentem deuorauit uirgas magorum uerſas in ſerpentes. Exod. 7. ita doctrina ſeu ſapientia Chriſti quæ recta eſt ut uirga, deuorauit. i. confudit & deſtruxit ſapientiam quæ recta uidebatur imperitis argutam & aſtutam philoſophorum & mundanorum ſecundum illud ps. Omnis ſapientia eorum deuorata eſt, & hoc eſt quod promiſit Chriſtus ſapientia patris diſcipulis ſuis. Ego dabo uobis os & ſapientiam cui non potuerūt reſiſtere omnes aduerſarij ueſtri. Luc. 21. Nulla lex eſt alicuius nationis. Nulla doctrina cuiuſcunque ſecte, quæ ſecūdum philoſophiam memoralem, quæ ita ſapiēter uiuat ut lex chriſtianorum, propter quod maximi philoſophi de omni natione ad eccleſiam conuerſi confugerunt relictis erroribus. Vnde in figura dicitur. 1. Mach. ult. Refulſit ſol in clipeos aureos & fortitudo gentium diſſipata eſt, quia cum lumen fidei refulſit in ſapientia doctorum q̄ prius erant gentiles, fortitudo nationum gentilium annullata eſt. ¶ Secundo apparet ſapiētia maxima in eccleſiæ ſacramentis ſuis. Nihil enim fit circa ſacramenta ueteris & noui teſtamenti ubi non aſsignetur ratio magnæ ſapientiæ, & ſimiliter in omnibus cerimonijs & cultu chriſtianæ religionis. Quare enim ſunt ſeptem & non plura ſacramenta, & quare in talibus materijs magis q̄ in alijs, quam efficaciam habeant, & unde quid ſignificent reſpectu præteritorum, præſentium uel futurorū, omnia ſunt plena ſapientia. In cuius figuram dicitur q̄ nil erat in templo quod auro non tegeretur, ſic in templo eccleſiæ nil eſt in quo non reluceat aurum ſapientiæ diuinæ. Vnde & regina Saba ſapiens multum, cum ueniens hierlyma uidiſſet domum Salomonis & ordinem domus & cibos menſę & ordinem miniſtrantium mirabiliter commendauit ſapientiam eius ſtupefacta. Nec de aliquo interrogauit ad quod ei non ſatisfaceret. 3. Reg. 10. Sic gentilitas in ſuis ſapientibus philoſophis audiens famam ſapientiæ Chriſti, cum acceſſit ad eum per fidem & uidit ordinem domus. i. eccleſiæ & miniſtrorum diſtinctiones & ſacramentorum refectiones, ut cibos, admirata eſt ſapientiam eius dicens. Maior eſt ſapientia tua q̄ rumor quem audiui in terra mea, & non poteram credere narrantibus &c. ¶ Tertio apparet ex laboribus & tormentis per patientiam, dinoſcitur ſapientia uiri ait ſapiēs. Sapiens non conturbabit quicquid aduerſi acciderit ei, ait Sen̄. Quis numerare poſſet labores & dolores, cruciatus duriſsimos multiplices & diutinos quos perpeſſa eſt eccleſia p cōſeruatione ueritatis doctrinæ ſuæ. Et uñ mar-

ps. 106.

3. Reg. 10.

Prouer. 12.

tyres tanta tolerauerunt nisi ex clara & certa notitia quam habebant diuinorum & supernorum promissorum. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus, dicitur Sap. 3. Quia sicut aurū per hoc q̄ in igne diu moratur non consumitur sed perficitur & lucidius redditur, ita fideles in fornace tribulationis non defecerunt in sapientia, sed magis claruerunt crescentes in dei cognitione & alios traxerūt ad dei notitiam. Et sic patet uestitus deauratus sapientiæ ecclesiæ.

§.3. ¶ Tertio uarietas statuum notatur cum additur, circundata uarietate. s. statuum officiorū, & gratiarum, ut. n. ait apostolus. 1. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt uidelicet in ecclesia. Idem autem spiritus eas conferens. Et diuisiones administrationum sunt, idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt, idē uero deus qui operatur omnia in omnibus prout uult. Gratia quidem gratum faciens in omnibus fidelibus qui sunt in ecclesia merito est. Sed gratię gratis date, ut prophetia, operatio miraculorū & huiusmodi, in ecclesia quidem sunt, sed non omnes eas habent, immo pauci & unus unam, alius aliam. Administrationes etiam officia & status fidelium sunt uarij. ¶ Notandum etiam q̄ ecclesia nomen est grœcum, & latine dicitur conuocatio secundū Isid. in lib. ety. quia. s. omnes ad se uocat. Et dicitur catholica quod interpretatur uniuersalis. Vniuersale autem dicitur quod multa diuersa & uaria comprœhendit in unum, sicut omnia animalia quæ sunt quasi innumera & uaria comprœhenduntur & cōueniunt in uno genere animalitatis. Si ecclesia ita est circundata uarietate locorum temporum statuum seu cōditionum hominum q̄ unitatem seruat fidei & dilectionis unius, unum uerū deum colens, & ad ipsum ut ad ultimum finem tendēs. Varietates ergo ecclesiæ in locis ostenditur, quia non solum in uno loco, sed ubiq; terrarum diffusa est per uniuersum orbem, ut sicut sponsus eius est dominus uniuersorum, secundum illud Iob. Opus manuum eius sunt uniuersi ficut ait ps. Conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ. s. ad fidem ecclesię, & adorabunt eum uniuersæ familiæ gentium. Hic & Hieron. ad Euandrum. Nec altera Romanę urbis ecclesia, altera totius orbis est, & Galliæ, & Britaniæ, & Africæ, & Persis ex oriens & India unum Christum adorant, unam regulam seruant ueritatis, dis. 93. Legimus. Attenditur secundo ista uarietas respectu temporum per uaria enim tempora, per uarias ætates, quasi per septem dies magnæ hebdomadæ totius temporis in præsenti militat uita ut primus dies sit ætas ab Adam usque ad Noe, secundus a Noe usq; ad Abraham, tertius ab Abraham usque ad Dauid, quartus a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, quintus a transmigratione usq; ad Christum, sextus a Christo usque ad antichristum, septimꝰ ab antichristo usque ad finem mundi. Hæc ecclesia per uineā designata in parabola a Christo dicta. Matth. 20. Ab Abel iusto usque ad ultimum electum qui nasciturus est in fine mūdi, quot sanctos protulit tot quasi palmites misit inquit Greg. in omel. Dicitur ecclesia potius inchoasse in Abel q̄ in Adam, quia Adā & si primo innocens & plenus gratia fuerit, & post lapsum de peccato penituerit, ut dicitur in lib. sapientiæ, & Aug de pe. dist. 1. Sicut primi, tamen quia per inobedientiam eius infectum fuit totum genus humanum originali peccato, ideo non uidetur congruere principium ecclesiæ sibi, nec ecclesia uideatur initiū habuisse a peccato seu peccatore, sed Abel sanctus & iustus fuit iniuste persecutionē & mortem a germano sustinens. In hoc etiam figurans quia ecclesia & collectio bonorum a fratribus suis persecutiones & tribulationes passura est. Vnde Greg. Abel esse renuit quem Cayn malicia non exercet 7. q. 1. § ul. Dicitur etiam ecclesia inchoasse aliquando ab aduentu spiritussancti in discipulos in die pentecostes quod ponit Isid. Et hoc nō simpliciter sed quantum ad plenitudinem in discipulorum personis & gratijs, & quantum ad dilatationē eius per orbem & fidem explicitam articulorum quæ in ueteri testamento fuerat implicita, eadem tamen in substantia ut ait August. Attenditur tertio ista uarietas ratione statuū & conditionum & officiorum fidelium, quæ sunt uaria ut dicetur infra, & ideo dicitur circundata uarietate.

Ecclesia catholica dr.

Iob 34. ps. 21.

Sap. 10.

Gen. 4.

Act. 2.

§.4. ¶ Pro maiori declaratione huius materiæ status ad quam intitulatur ista pars tertia. ¶ Nota q̄ status potest sumi tripliciter. Vno modo proprie & stricte, & sic sumitur secundū Tho. in isto. §. Secundo modo largius, & sic sumitur secundum Aug. de Ancho. in sequenti §. Tertio modo largissime & improprie pro exercitio uel officio uel modo uiuendi cui quis est applicatus. Et sic sumitur titulus partis huius. Proprie igitur & stricte loquendo status incorporalibus importat rectitudinem homini consequentialem & quietudinem difficile mobilem, ut scilicet homo sic in corpore se habeat ut caput eius in superiora tendat & cætera membra conuenienti ordine disponantur,

Status dr tripliciter.

2. 2. q. 185. ar. 1.